



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Nullum haberi debere incommodum, quod corpus Christi simul in diuersis sit locis in coelo uisibiliter & in eucharistia sacrame[n]taliter, ex multiplici authorum testimonio. XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

quoniam hoc modo aduentus eius multiplicaretur in infinitum: ac cresceret in numerosam multitudinem, & quotidie renouaretur. Sed ad propriam aduentus noui rationem, exigitur nouus quidam subsistendi modus: quo antea illic ubi aduenit, non subsisterit. At eo modo quo nunc in eucharistia Christus uere subsistit: & prius cum in carne nobiscum degeret, uere subsistit, utpote in nouissima cœna: cum hoc superadmirabile mysterium instituit. Non igitur apte apte nouus Christi aduentus dicitur: cum præsens in eucharistia adest sed unusquisque talis subsistendi modus: ad eum qui in cœna exhibitus est, referri debet, & tanquam idem cum illo haberi.

¶ Nullum haberi debere incommodum, quod corpus Christi simul in diuersis sit locis, in cœlo uisibiliter & in eucharistia sacramentaliter, ex multiplici auctoritate testimonio. C. XX

Tricefima tertia aduersarij obiectio. **CRISTVS** per suam in cœlum ascensionem hinc abiit, mundumque reliquit: secundum hæc eius uerba, ad discipulos suos ante dicta. Si non abiero: paraletus non ueniet ad uos. si autem abiero: mittam eum ad uos. Et rursus ad eosdem. Exiui a patre & ueni in mundum: iterum relinquo mundum & uado ad patrem. Quæ quidem uerba & similia: in eius gloriosa ascensione sunt cõpleta quando assumptus est in cœlum & sedet ad dexteram patris, & iterum uenturus est ad iudicium sicut uisus est ascendisse. Igitur nunc non adest ipse nobiscum ueraciter, & secundum corporalem suam præsentiam: in eucharistia, Alioqui idem corpus, in diuersis simu.

Quid ad noui aduentus rationem exigitur.

22

Ioan. 16

Mar. 16

Actuū .1.

DE SACRAMENTO.

esset locis: quod naturali corporis, circumscriptione
» & locis definitoris, conditioni omnino repugnat. Quod
» si quis admiserit idem corpus supernaturali uirtute in
» diuersis esse locis: eodem confesso ostendetur illud e-
» tiam esse posse in omnibus locis. cum non sit ualenti-
» or ratio, quare in tribus aut quatuor aut decem esse
» posset locis idem corpus: & non, in omnibus simul.
» Atque non est admittendum: idem corpus simul in omni-
» bus esse posse locis. quoniam tunc illud esset ubi-
» que, & ad quandam diuinitatis naturam ac forte
» accederet: cuius proprium est esse ubique, coelumque &
Hier. 23. » & terram implere. Ne igitur quantum ad hanc condi-
» tionem æquetur creatura suo creatori haudquaquam ad-
» mittendum est Christi corpus esse ubique. quare nec
» ipsum in diuersis esse locis, neque in eucharistia sub-
» sistere ueraciter: sed solum in coelo gloriosum consi-
» dere ad dexteram patris. Hæc Oecolampadius. ¶ Re-
2 sponsio. Verissimum id quidem haberi debet: Chri-
» stum hinc abiisse & reliquisse mundum, secundum cor-
» poralem presentiam uisibilem, & in propria forma
» conspicuam. quo sane modo. solum in coelo residet &
» subsistit gloriosus. Nihilominus ad huc nobiscum
» est ueraciter & secundum corporalem substantiam: sed
» in sua forma atque natura inuisibilem, latentemque sub
» speciebus sacrae eucharistiae. Quo plane modo. scilicet sa-
» cramentali, hactenus nobiscum mansit post suam
» in coelum abitionem: & permansurus est usque ad mun-
» di consummationem. Neque illud, inconueniens habe-
» ri debet de sacro eius corpore: quod eodem temporis
» momento sit in diuersis locis, utpote in coelo sursum
» & in terra. in tot etiam diuersis locis, abinuicem di-
» stantibus: in quot fit consecratio sanctae eucharis-
» tiae per missae celebrationem, aut consecrata asser-
» uatur atque continetur. Itaque quis in mille diuersis al-

Sacra Christi
corpus
simul esse
in diuersis
locis,

taribus simul consecratur eucharistia: in unoquoque tamen illorum est integrum Christi corpus: & simul in mille locis. Non quidem, quod ex omnibus illis hostiis tanquam partibus, integretur totum Christi corpus: sed quoniam in singulis eorum est totum corpus domini cum. Quod uel ex ipso scripturae testimonio: protinus colligitur. Nam in ipsa coena nouissima assidens Christus mensae: suo continebatur proprio loco. Et in singulis particulis sacraei panis quas suis porrexit apostolis: integrum continebatur eius corpus sacramentaliter. Illae uero particulae diuersis porrectae discipulis: erant in diuersis locis, quoniam ipsi discubuerunt in eadem mensa, aliqui propinquiores Christo & aliqui ab eo distantiores: aliqui eisdem collaterales eidem, atque alij ex aduerso, alteraque parte mensae, ut uero est simile: Tunc igitur sacraei Christi corpus cum singulis comunicabatur apostolis: in diuersis erat locis. Quare ergo nunc cum glorificatum est, & amplius naturae corporum corruptibilem & sensibilem non subiacet: non esse poterit in diuersis locis? Nunquid abbreviata nunc est manus domini & facta inualida, ut id iam facere amplius nequeat, quod tunc fecisse comprobatur? Sed & sancti audiantur patres id ipsum etiam attestantes: sacrum uidelicet Christi corpus in diuersis simul esse locis. Et in primis beatus Augustinus: in sermone de uerbis domini in monte dicens. Per partes manducatur Christus & manet integer totus in caelo, per partes manducatur in sacramento: & manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando uenit in uiginem & impleuit illam: nec recessit ab illo. Veniebar in carne, ut homines eum manducarent & manebat integer apud patrem, ut angelos pasce-

Ex scriptura colligi, quod corpus Christi simul sit in diuersis locis.

Ioan. 13.

Augusti.

DE SACRAMENTO.

Hugo de
sancto Vi
ctoro.

ret. Cui consonat uenerabilis Hugo de sancto Victo-
re: in secūdi libri de sacramētis parte octaua, capi-
teq; undecimo, dicens. Quō (inquit) corpus unū
eodem tempore in diuersis locis esse potest? Hic
est, ibi est, & totum utrobique est, & in multis locis
similiter. Noli mirari, q̄ locū fecit: corpus fecit, &
locū in corpore & corpus in loco. & q̄ fecit ut unū
corpus in uno loco esset: fecit sicut uoluit, & si uo-
luisset: aliter facere potuisset. Nā quando uult: ali-
ter facit. & est: sicut, uult se per. Quia autē sic ipse fe-
cit ut corpus unū in uno loco esset: ut quod factum
est uidisti. & nescis aliud: nisi quod factū est, & q̄
uidisti. Idcirco miraris, quando aliud uides uel au-
dis: q̄ uidere & audire cōsueuisti. Ipse autē nō mi-
ratur: quando aliud facit quā quod facere cōsueuit
q̄a quando illud fecit: sciuit tunc & quod aliter fa-
cere potuisset si uoluisset. Idcirco cū qd mirari ca-
peris, & dixerit tibi fore cogitatio tua quō hoc es-
se possit: cogita facientem, & desinet esse mirabile
q̄cqd illud fuerit. ¶ Cōfirmat itidē eandē sententiā
sacer Hieronymus in sermone dominicæ quintæ
post Epiphaniā: & adducitur in codice decreto-
rū de consecratione, distinctione secunda cap, sin-
guli, in hunc modū. Singuli autem totum accipiūt
Christum dñm: & in singulis portionibus totus
est, nec per singulos minuitur: sed integre se in sin-
gulis præbet. Astipulatur eidem, & Gregorius in
homelia paschali: & recitatur in uolumine decreto-
rū, de cōsecra. distinctio, secund, cap. qd sit sanguis
in hunc modū. Sicut diuinitas uerbi dei uita est q̄
totum implet mundum: ita licet multis locis & in
numeralibus diebus illic consecratur corpus, non
sunt tamen multa corpora Christi neque multi ca-
lices, sed unum corpus Christi & unus sanguis, cū

Hierony.

Gregorius

illo quod sumpsit in utero uirginis: & quod dedit apostolis Diuinitas eum uerbi replet illud quod ubi que est: & coniungit, & facit ut sicut ipsa una est ita & unum eius corpus sit in ueritate. Vnde animaduertendum est, quia siue plus siue minus quis inde percipiat: omnes aequaliter corpus Christi in rege rime sumunt, & generaliter omnes & specialiter unusquisque. Hæc ille. Quæ etiam partim sunt adducta in uno præcedentium huius libri locorum ubi ostensum est, non multa esse Christi corpora sed unum & idem omnino corpus: quod in diuersis locis siue eodem siue diuerso tempore, consecratur & in altari offertur: Quod etiam assertum, ad comprobendam rem propositam de subsistentia corporis Christi eodem tempore in diuersis locis: est admodum conducibile, & utrunque alteri est adiumento. ¶ Demum author ipse theologiæ naturalis, in superioribus locis sæpius citatus: in ducente simo nonagesimo titulo sui operis sic inscripti, declarat diffuse per multa exempla sensibilia: ut uocis prolatae coram pluribus, & rei uisæ in speculo, aliisque manuductiones admodum congruas: quod idem Christi corpus & unum numero, simul possit esse in diuersis locis, quinimmo & simul sit, secundum ipsam rei ueritatem. Quæ quidem deductiones ex rebus naturalibus desumptæ: plurimum habent roboris & efficaciam, ad consolidandam eorum fidem: qui sincere & recte de sancta eucharistia sentiunt, & credunt integre id ipsum, quod ecclesia sancta de eaproponit omnibus credendum. ¶ Nec naturalis illa corporis conditio qua circumscriptione & locis determinatus desinitur, impedimento esse potest quo minus idem corpus in diuersis sit locis. Quoniam illa eiusdem corporis in diuer-

Cap. 7.

Author
theologiæ
naturalis.

DE SACRAMENTO.

Idem cor-
pus simul
in omni-
bus locis
diuina uir-
tute consti-
tutum posse

is locis pro eodē tempore subsistentia: non natu-
rali sit uirtute, sed diuina q̄ naturæ legibus a se cō-
ditis nequaquā astringitur: sed supra eas (cū uult) mi-
rabiliter aliqua operatur. Quinimmo tanta etiam
est eiusdē imensæ pōtatis efficacia & uis, ut si suæ
placitū esset uoluntati: idem corpus omnibus in lo-
cis cōstituere posset: cū nihil illi difficile sit, impos-
sibile nihil. Neq; illud tunc incōmodum haberi de-
beret, & tanq̄ absurdum: quamuis ut tale, colligat
id obiectans. Nam corpus oīe, diuinæ subijci-
tur pōtati pariter & uolūtati, ut quocunq; in loco
illud cōstituere placitū ipsi fuerit, ipsum locare pos-
sit. Si igitur in omni loco illud collocare uellet: qd
illi imensæ uirtuti, quo minus id faceret, resistere
posset? Neq; tm̄ huiusmodi corpus (si per hypothe-
sim, diuinæ uirtutis immensitate: in omni ponere
tur loco) æquaretur illi diuinæ cōditioni, qua deus
est ubiq; quoniā id ipsum deus ex se habet atq; sua
pte natura: & non ab alio. Tale uero corpus huius-
modi existentiam in omni loco, solum ab alio ha-
beret: a quo in hoc prorsus penderet, scilicet a deo
6 talis operis auctore. ¶ Porro quamuis secundum
absolutam dei potentiam idē corpus simul in om-
ni loco constitui posset, niā dictum est iuxta in-
signium doctorum sententiam non utique asper-
nandam: haud tamen apto consequio id colligit
in præsentī cauillo aduersarius, quod si in pluri-
bus locis simul idem corpus esse ponatur diuina
uirtute, eodem iure admitti debere, ipsum simul
esse in omnibus locis. quoniam non sit ualentior
ratio (ut ait) quare in hoc aut illo sit loco: quam
in alio quouis. Nempe sola diuina uoluntas, suffi-
ciens est & efficax ratio, cū sua lege ordinata atq;
a se cōstituta: q̄re idē corpus (ut ipsius Christi in

EVCHARISTIAE. II. 155.

eucharistia) in pluribus sit locis diuersis eodem tē-
pore, & non in omni loco: quid. s. non dei placitū
est uoluntati: illud sacre corpus in omni loco, sicut
in pluribus diuersis, reponere. Enim uero secundū
positam a deo legem, extra cœlum & apud nos nō
subsistit sanctissimum illud corpus: nisi modo sa-
cramentali, & in sacro eucharistiaē mysterio. At-
qui non passim in omni loco consecratur euchi-
ristia: aut consecrata asseruatur in honesto & decen-
ti sacrario: cum & celebrationi mysterio: & con-
seruationi eucharistiaē, suus sit designatus ecclesia-
stica sanctione locus: in quo utrunq; pro dignita-
te fiat. Est igitur in his & illis locis (eos demonstran-
do, ubi sancta est eucharistia: per missæ consecrata
celebrationē, aut per consecrataē hostiæ conserua-
tionem) corpus Christi reuera præsens: quoniam
hic & illic sacramentaliter subsistit, & sub uenerā-
dis eucharistiaē signis. In his uero & illis locis (ali-
os demonstrando: ubi non est sacra eucharistia) nō
est corpus dominicum præsens: quoniam hic & il-
lic non est subsistens modo sacramentali, & sub sa-
cro eucharistiaē uelamine. ¶ Ceterū q̄ non sit sen-
tiendum nec dicendum, corpus Christi re ipsa nūc
esse ubiq;: perspicaciter edisserit B. August. in lib.
de præsentia dei ad Dardanum, cap. 3. ubi de Chri-
sto secundum carnem assumptam loquens, ait:
Noli itaq; dubitare, ibi nunc esse hominem Chri-
stum Iesum, unde uenturus est, memoriterq; reco-
le & fideliter tene Christianam confessionem: qm̄
resurrexit a mortuis, ascendit in cœlū, sedet ad de-
xteram patris, nec aliunde q̄ inde uenturus est ad
uiuos mortuosq; iudicandos. Et sic uenturus est, il-
la angelica uoce testante: quemadmodum ire uisus
est in cœlum, i. in eadem forma atq; substātia: cui

Quis idē
corpus a
deo in plu-
ribus locis
ponatur:
non tñ id-
circo in o-
mnibus

7

Augst. ad
Dardan.

Actu. 2.

V

DE SACRAMENTO

profcto immortalitē dedit, naturam non abstru-
lit. Secundum hanc formam: non est putandus u-
biq; diffusus. Cauendum est. n. ne ita diuinitatem
astruamus hominis; ut ueritatem corporis aufera-
mus. Non est autem cōsequens, ut quod in deo est

Actu. 17.

Corpus
chrī nō u-
biq; diffu-
sum esse; si-
cut eius ē
diuinitas

ita sit ubiq; ut deus. Nam & de nobis ueracissima
scriptura dicit: q; in illo uiuimus, mouemur & su-
mus, nec tamen sicut ille; ubique sumus. Sed aliter
homo ille in deo; quoniam & aliter deus in homi-
ne, proprio quodam & singulari modo. Hæc Au-
gusti. At uero non recto id trahi consequio, ut cor-
pus Christi ratione unionis suæ cū diuinitate, dif-
fusum sit per oīa & ubiq; sicut & ipse deus (quē-
admodum nunc adducta Augustini uerba: uel ap-
tissime testantur) facile & hoc potest argumento
conuinci. Nam in triduo sepulturæ dominicæ, sa-
crum Christi corpus erat in sepulchro unitum di-
uinitati; & non in partibus terræ inferioribus, ubi
tñ erat ipsa deitas, sanctæ ipsius animæ unita. Et e-
diuerso anima ipsa Christi, in abyssis terræ tñ erat
& non in sepulchro; ubi tamen erat diuinitas, uni-
ta sacro eiusdem corpori. Similiter in homine ca-
put unitur animæ rationali; non tñ est ubicunque
sit eadem anima. Nō enim est ipsum caput, ubi est
eiusdem hominis pes; etiam unitus eidem animæ.
Neq; pes hominis est, ubi caput eiusdem: licet an-
hæ illæ partes eidem animæ uniātur, etiam toti in
singulis eaz. Non igitur quod alteri unitum est, o-
portet in omni esse loco; ubicunq; est id ipsum cui
unitur. ¶ Porro prædictis Augustini ad Dardanū
8 uerbis, succinit & Anselmus: eandem de substan-
tia corporis Chrī in pluribus locis, non tamen si-
mul in omnibus; hisce uerbis corroborans sententi-
am, Nec tamen naturam corporis domini, ubiq;

Anselmus

esse dico: quia nec opus est nisi ubi uult, & ubi fidei certofacramento hoc operatur, ad quod assumpta e & glorificata: mysterium. s. saluationis humanae. Et paulo post. Sic ergo constat in diuersis locis uno horae momento esse posse corpus Christi: sed lege creatricis naturae, non creatae. Cum autem naturae creatae natura sit, creatricis naturae legibus in omnibus obedire: si aliquando pacta sua reuoluenda illi permittit, qui ea instituit & ordinat, non uideri debet errare, uel deuiare ab ordine suo: maxime in illa natura, quae in unitate personae coniuncta est illi uerbo: per quod facta est omnis natura. Haec Anselmus.

Idem.

¶ Ob praesentiam corporis Christi in eucharistia, fideles non impediri, quin sursum corda habeant ad dominum, quin etiam quae sursum sunt quaerant, non quae super terram. Ca. XIX.

T Ricesima quarta aduersarij obiectione. Sicut in celebratiōe missae sacerdotem audimus dicentē nobis: sursum corda. ita & Paulū audiamus sine intermissione clamantē: Si cōsurrexistis cū Christo: quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens: quae sursum sunt sapite: non quae super terram. Et ad Philippenses. Nostra autem conuersatio: in caelis est. Quare debemus animum nostrum a terrenis istis desiderijs auocare & omnino in caelum affectu tendere. ut ubi est thesaurus noster: ibi sit & cor nostrum. Hunc autem thesaurum nostrum auferre uolunt: qui Christū hic praesentē in eucharistia collocant. Huic accedit, quod per uerba praedicta ad Colossenses, uult apostolus nos non solum relinquere terrestria: sed & ea quae sunt

» I

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

»

Colos. 3

Philip. 3

Mat. 6